



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xix. De diuortiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

Hæc de adcusatione. Quod autem ad testifi- *3. Videtur*
 cationem pertinet, si super contrahundo distra-
 hundóve ex capite consanguinitatis matrimo-
 nio lis erit: parentes & proximi ad testimonium
 admittuntur.

Denique si de matrimonii fœdere dissoluun- *1. Relatiu.*
 do agetur: etiam absente, modò perquisito reo
 testes legitimi recipiuntur. sententia ad eorum
 dicta fertur.

De diuortijs. Tit. 19.

Vir vxorem sine iudicio ecclesiæ, et si con- *3. Porro.*
 sanguinitatem causabitur, ne dimittito. Si
 faxit: recipito. Alioquin & is, & superinducta
 excommunicantur. Sed nec si notoria fiet con-
 sanguinitas abiicito. quo casu adcusatore nullo
 adparente iudex ex officio coniuges separato.

Sic & relictas fratrum ne qui ducant videto, *9. Deus*
 prohibeto. Si qui faxint (ni fortè cum aliquibus *qui.*
 vt cù neochristianis gratiosè dispensabit eccle-
 sia) separantur.

Pagani enim in gradu lege tantùm canònica *8. Gaudemus.*
 prohibito coniuncti si ad fidem conuertètur:
 ne separantur. Sin paganus sympolygamus erit:
 suscepta fide primæ adhæreto. Sed & si repu-
 diata prima cum secunda contraxit: suscepta fi-
 de ad repudiatam (licet cum alio contraxerit,
 modò ne fornicata fiet) reuertitur.

Nam si notoriè fornicata fiet vxor, vir au- *4. Significasti.*
 tem continesit: illa petens restitutionem

De donatio inter vir. & vxor.

ne auditor.

5. *Ex literis.*

Itaque propter adulterium mulieris matrimonium separator. quod si vir postea fornicabitur: restaurator.

7. *Quanto.*

Altero verò coniugum fidelium in fornicationem spirituales id est in hæresim lapsi vinculum coniugale ne soluitur. Altero autem infidelium ad fidem conuerso si alter olli cohabitare noluerit, vel non sine blasphemia, aut peccato valebit: soluitur, conuersus, si volt, contrahito.

6. *De illa.*

Si vxor à viro in hæresim lapsa auctoritate propria diuorterit: ad eundem respicientem reuerti cogitor. Sin ecclesiæ iudicio diuorterit: ne cogitor.

2. *Quasiuit.*

Sanè pro furto viri aliòve simili crimine separator. Sin eam ad infidelitatem inuitabit separator. In viro idem esto.

1. *Si qua mulier.*

Sed & si in necem viri cõspirasset, & is cum illa defenderet conspiratorum quempiam occidit post vxoris mortem, si volt, aliam ducito, illa autem exspes nubtiarum esto.

*De donationibus inter virum & uxorem,
& de dote post diuortium restituenda. Tit. 20.*

De donationibus inter virum & uxorem.

8. *Donatio*

Donatio constante matrimonio inter coniuges facta ex qua donans pauperior futurus est, ni eius obitu confirmabitur, ne valeat. Qua